



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

9. Aprilis. Mira mundo pax mecum est, dum, linguæ Ignarus patriæ,
bellum mundo tantisper non moveo: fine, possim in campum prodire,
videbis in me totam urbem illico surgere, me verò undiq[ue] ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

materiam suggerit, tu de pace cum Deo, de uno necessario repone; sic è luto margaritam, è scoria aurum collegisti.

Lingua ut sus informem massam debitam in formam elaborat: hæc tibi pro penicillo seruiat, quã vel animal in hominem, vel hominem animale in Angelum efformes.

9. Aprilis.

Mira mundo pax mecum est, dum, lingua Ignarus patria, bellum mundo tantisper non moveo: sine, possim in campum prodire, videbis in me totam urbem illico surgere, me verò undiq; pignantem. S. Ignat. vitæ l. 2. n. 18.

Invidus dæmon est, non finit inultus sibi animas eripi, pro his se opponit, bellum movet, cùmque ipse in aciem prodire publicam nolit, mittit fatellites, qui ejus causam vario prætextu bellissimè tueantur. Scit nempe animæ pretium dæmon.

Quos è Religiosis pluribus peti calumniis, & plurium odio expositos vides, hos animarum zelotes esse scito, contra quos orcus se vindicat; parcit hic otiosis, pacem iis non difficilem concedit, à quibus & ipse pacem habet.

E s

Nec

Nec idcirco cessandum à bono, quòd orco displiceat, quòd mundus tumultuetur, quòd contradictores audias; imò fortius insistendum!

Aderit causæ suæ Deus; quæ mera insuperabilia putas obstacula, momento subsident, si tu bene cœptis insistas. Potentia est orco gratia Dei, huic fide, & eluctabere.

10. Aprilis.

Nequaquam detractum crede pietatis studio, quod natura necessitati conceditur.

S. Ignat. in Hist. Soc. p. 1. l. 1. n. 30.

Magna hominis dignitas! ad imaginem Dei creatus, cœli hæres! gratia divinæ particeps, virtutis capax, ne se contolleret, præter animam, corpore confestim quod suos patitur manes.

Nec perit tempus, quod curæ corpori datur. Dum pascitur a sicutus, dum quiescit Domino servit; sic indulgeri quies debet corpori, ut fortiùs deinde labori insistat.

Misera mentis humanæ conditio, pietati absque cessatione, licet velit, addici non potest: ut arcus intensus rumpitur, suum mens æquè, ac corpus, à laboribus interstitium requirit.